



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum omnia quæ facit Deus præter causas naturales, vel contra cursum
naturæ possint miracula dici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

AD SEXTVM dicendū, q̄ Deus non facit cōtra rationes naturales mutabili voluntate, nam Deus ab æterno præiudicā, & voluit se facturum quod in tempore facit. Sic ergo instituit naturā cursū, ut tamen præordinaretur in æterna sua voluntate, quod præter cursū istum quandoque facturus erat.

AD SEPTIMVM dicendū, q̄ Deus faciendū præter cursū naturā, non remouet totū ordinē vniuersi, in quo consistit bonum ipsius: sed ordinē alicuius particularis causā ad suum effectū.

AD OCTAVVM dicendū, q̄ malum pœnæ est contra ordinē vniuersi ad aliam partem, & similiter malū cuiuslibet defectus naturalis: sed malum culpæ est contra ordinē totius vniuersi ad finem vltimum, eo q̄ voluntas, in qua est malum culpæ, ab ipso vltimo fine vniuersi deordinatur per culpam, & ideo huiusmodi mali Deus causa esse nō potest: contra hunc enim ordinem agere non potest, licet posset agere contra ordinem primum.

AD NONVM dicendū, q̄ miraculū nō fit a Deo nisi in creaturis p̄xistētibus, quæ aliquo mō in operibus sex dierū præiudicauerunt. Vnde opera miraculosa materialiter in operibus sex dierū præiudicauerunt, licet tunc non oportuerit aliquid miraculose fieri cōtra cursū naturā, quando natura instituebatur.

AD X. dicendū, q̄ natura est causa ordinationis in oībus naturalibus, non autē in oībus simpliciter.

AD XI. dicendū, q̄ Logicus, & Mathematicus cōsiderant tantum res secundū principia formalia, Vnde nihil est impossibile in logicis, vel mathematicis, nisi quod est cōtra rei formālē rōnem. Et hōi impossibile in se contradictionem claudit, & sic est p̄ se impossibile. Talia autē impossibilia Deus facere nō potest. Naturalis autē applicat ad determinatā materiam, vnde reputat impossibile etiam id, q̄ est huic impossibile, nihil autem prohibet Deum posse facere, quæ sunt inferioribus agentibus impossibilia.

AD XII. dicendū, q̄ ars diuina nō totam seipsam explicat in creaturarum productione, & ideo eam artem suam potest alio modo aliquid operari, quā habeat cursū naturā, vnde nō sequitur, q̄ si potest facere cōtra cursū naturā, q̄ possit facere s̄ suam artem: nam & homo artifex potest aliud artificiatū facere per suā artem, contrario modo q̄ prius fecit.

AD XIII. dicendū, q̄ Phil. loquitur de his que in natura agunt: ea. n. aguntur sicut apta nata sunt agi.

AD XIV. dicendū, q̄ cursū naturā seruari est conueniens, secundum quod est a diuina prouidentia ordinatus. vñ si ordo diuinæ prouidentię habet quod aliquid fecus agatur, non est inconueniens.

AD XV. dicendū, q̄ non dī aliquid esse falsum simpliciter, & alicui, sicut aliquid dī esse impossibile simpliciter, & alicui: sed esse falsum simpliciter, vnde Deus non potest scire aliquid falsum, sicut non potest facere aliquid impossibile, q̄ simpliciter est impossibile: & tamē sicut potest facere aliquid impossibile alicui, ita potest facere aliquid ignotū alicui.

AD XVI. dicendū, q̄ omne p̄ accidēs reducit ad aliquid quod est p̄ se: vnde nihil prohibet aliquid quod est per accidēs (ad id quod est p̄ se redactum) esse magis tale, sicut nix sua albedine disgregat uisū magis q̄ albedo parietis, eo q̄ albedo niuis est maior albedine parietis: similiter remotio cursū Sortis est impossibilis p̄ hoc, q̄ reducit ad hoc impossibile p̄ se p̄teritū non fuisse, q̄ dictionē implicat. vnde nihil prohibet hoc esse magis impossibile, q̄ id q̄ est impossibile alicui, quā nō sit impossibile per accidēs.

AD XVII. dicendū, q̄ in re qualibet naturali est naturalis ordo, & habitudo ad causas oēs superiores. Et inde est q̄ illa quæ sūt in corporibus inferioribus ex impressione cœlestium corporū, non sunt violenta: licet videantur esse cōtraria naturalibus motibus inferiorum corporum, vt patet in fluxu, & refluxu maris, qui sequitur motum Lunæ. Et multo minus est violentum quod a Deo fit in istis inferioribus.

AD XVIII. dicendū, q̄ quanto aliqua virtus actiua est altior, tātō eandē rem potest perducere in altiorē effectū. vnde natura potest ex terra facere aurū alijs elemētis commistis, quod ars facere nō potest, & inde est, q̄ res aliqua est in potentia ad diuersa secundum habitudinem ad diuersos agentes: vnde nihil prohibet, quin natura creata sit in potentia ad aliquid faciendū per diuinam potentiam, quæ inferior potentia facere nō potest. Et ista vocatur potentia obedientiæ, s̄m q̄ quilibet creatura creatori obedit.

AD XIX. dicendū, q̄ ordinatio cuiuslibet rei creatæ ad suam operationem est a Deo: unde, si ex diuina prouidentia præter rerum naturalium operationē producit aliquid effectus, nō est inconueniens.

AD XX. dicendū, q̄ licet Deus faciat aliquid effectum præter actionem causæ naturalis, non tamē tollit ordinem causæ ad suum effectum: unde, & in igne formacis remanebat ordo ad comburendum, licet non combureret tres pueros in camino.

AD XXI. dicendū, q̄ qñ Deus agit aliquid cōtra cursū naturā, nō tollitur totus ordo vniuersi: sed cursū, q̄ est ex ordine vniuersi particularis rei ad aliam. vnde non est inconueniens, si aliqui contra cursū naturā aliquid fiat ad salutem hominis, quæ consistit in ordinatione ipsius ad vltimum finē vniuersi.

ARTICVLVS II.

Primum omnia que Deus facit præter causas naturales, vel contra cursum naturæ, possunt dici miracula.

Secundo queritur vtrum oīa quæ Deus facit præter causas naturales, vel cōtra cursū naturæ, possunt dici miracula. Et vñ q̄ non: quia sicut ex verbis Aug. hēri potest, Miraculum est aliquid arduum, & insolitum supra naturalium naturā, & præter spem admirantis apparēs. Aliquā autem Deus operatur contra cursū naturæ, & in minimis rebus: sicut cum ex aqua facit vinum, lo. secundum capite, quæ tamen operatio præter operationē causarum naturalium fuit, ergo non omnia quæ Deus facit præter causas naturales, miracula dici possunt.

¶ 2. Præ. Quod frequēter accidit, non potest in solū dici: sed hōi operationes diuinæ præter causas naturales Apostolorū tpe frequēter fiebāt. vnde dī Act. 5. q̄ in plateis ponebantur infirmi, &c. ergo hōi non erant insolita, & ita non erant miracula.

¶ 3. Præ. Illud quod natura potest operari, non est supra facultatē naturæ: sed qñq; diuinitus sunt præter naturales causas, q̄ et natura facere posset, sicut patet cum Dñs curauit focrum Petri a febris, quibus tenebatur, ut dicitur Luc. 5. ergo non fuit supra facultatem naturæ, & ita non fuit miraculum.

¶ 4. Præ. Mortuū reuiuiscere, nō potest cōtingere p̄ operationē nālis cā: sed resuscitatio mortuorū, quæ dī fine oēs mortuos viuificabit, est a s̄ctis expectata. vñ symbolo dī. Expecto resurrectionē mortuorū: ergo nō oēs illud q̄ Deus opatur præter cās naturales, est præter spem humanā, & ita nō est miraculum.

¶ 3. Præ.

¶ 5 Præ. Creatio coeli, & terra, & etiã creatio animarũ ronalũ est a Deo præter alias causas agentes: solus. n. Deus creare potest, vt in alia questione est habitum. Sed tamen hæc nõ possunt dici miracula, quia hæc non fiunt ad gratiæ ostensionem, propter quam solam fiunt miracula, vt Aug. dicit: sed ad naturæ institutionem. ergo non omnia quæ Deus facit præter causas naturales, possunt dici miracula.

¶ 6 Præ. Iustificatio impij fit a solo Deo præter causas naturales, nec est miraculum, sed magis finis miraculi: ad hoc enim miracula fiunt, vt homines conuertantur ad Deum, ergo non omnia quæ Deus facit præter causas naturales, sunt miracula.

¶ 7 Præ. Magis est mirũ qd aliquid fiat a minus potente, q̄ a magis potente: sed Deus est potentior q̄ natura: cum autem natura aliquid operatur, non dicitur esse miraculum: sicut cum operatur sanationẽ infirmi vel aliquid huiusmodi. ergo multo minus potest dici miraculum, quãdo Deus illud operatur.

¶ 8 Præ. Monstra fiunt contra naturam: nec tamẽ dicuntur miracula, ergo non omnia quæ contra naturam fiunt, miracula dici possunt.

¶ 9 Præ. Miracula fiunt ad fidei confirmationẽ: sed incarnatio verbi non est ad confirmationẽ fidei, tanquã fidei argumentum: sed magis est sicut fidei obiectum, ergo non est miraculum, & tamen hoc solus Deus facit, nulla alia causa agente, ergo non oĩa quæ Deus facit præter causas naturales, sunt miracula.

SED CONTRA. Aug. dicit, q̄ triplex est rerũ cursus, naturalis, voluntarius, & mirabilis: ea autẽ q̄ solus Deus operatur præter causas naturales, nõ pertinet ad cursum rerum naturalium, nec ad voluntarium: quia nec natura nec voluntas creata in eis operat, ergo p̄tinet ad cursum mirabile, & ita sunt miracula.

¶ 2 Præ. Ricardus de sancto Vict. dicit, quod miraculum est opus creatoris, manifestatum diuinæ virtutis: huiusmodi autem sunt, quæ a Deo præter causas naturales fiunt, ergo sunt miracula.

RESPON. Dicendum, q̄ miraculi nomen a mirando est sumptũ. Ad admirationẽ autẽ duo cõcurrũt, vt p̄t accipi ex verbis Philosophi in principio Metaphysicæ, quorũ vnum est, q̄ cã illius, qd admiramur, sit occulta: s̄m est, q̄ in eo qd miramur appareat aliquid, p̄ quod videat cõtrariũ eius dẽre cẽ quod miramur: sicut aliquid possit mirari si videret ferrum ascendere ad calamitam, ignorã calamitæ virtutẽ, cum videatur quod ferrum naturali motu dẽat tendere deorsum. Hoc autem cõtingit dupliciter, vno modo s̄m se, alio modo quo ad nos: quo ad nos quidem, qn̄ cã effectus, quem miramur, nõ est, occulta simpliciter, sed occulta huius vel illi: nec in re, quam miramur, est dispõ repugnans effectui, quem miramur secundum rei veritatẽ, sed solum secundũ opinionem admirantis. Et ex hoc contingit qd id quod est vni mirum vel admirabile, nõ est mitum vel admirabile alteri: sicut sciens virtutem calamitæ p̄ doctrinã, vel per experimentum, non miratur prædictum effectum, ignorã autem miratur. Secundum se autem aliquid est mirũ, vel admirabile, cuius cã simpliciter est occulta, & qn̄ in re est cõtraria dispõ secundũ naturã effectui, q̄ apparet, & ista nõ solum p̄t dici mira in actu, vel mira in potentia, sed et miracula, quasi habentia in se admirationis causam.

Causa autem occultissima, & remotissima a nostris sensibus est diuina, quæ in rebus omnibus secretissime operatur: & ideo illa, quæ sola virtute diuina fiunt in rebus illis, in quibus est naturalis ordo

A ad cõtrarium effectum, vel ad contrarium modum faciendi, dñr proprie miracula: ea vero quæ natura facit, nobis tamen vel alicui nostrum occulta vel et quæ Deus facit, nec aliter nata sunt fieri nisi a Deo, miracula dici non possunt, sed solũ mira vel mirabilia. Et ideo in definitione miraculi ponitur aliquid, qd excedit naturæ ordinem, in hoc qd dicit, supra facultatẽ naturæ, cui ex parte rei mirabilis respondet quod dicitur arduum. Et ponitur etiam aliquid qd excedit nostrã cognitionem in hoc, qd dicitur, præter spem admiratũ apparet, cui ex parte rei mirabilis respondet, quod dñr insolitum. Nam per cõsuetudinem aliquid in nostram notitiã familiarius uenit.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd arduũ, quod ponitur in definitione miraculi, nõ pertinet ad rei magnitudinem secundum se consideratam: sed per cõparationem ad facultatẽ naturæ. Vnde quod in quacunque parua re Deus operatur, quod natura operari non potest, hoc arduum reputatur.

AD SECUNDUM dicendum, qd insolitũ dñr miraculum, quia est cõsuetum cursum naturæ, et si quotidie iteraretur: sicut trãsubstantiatio panis in corpore Christi frequatã quotidie: nec tñ definit esse miraculũ: magis. n. dẽt dici solitũ, qd in toto ordine viuere si cõiter accidit, q̄ quod in vna sola re contingit.

AD TERTIUM dicendũ, qd circa ea, q̄ Deus miraculose facit, talis solet adhiberi distinctio, qd quædam dñr fieri supra naturã, quædam contra naturã, quædam præter naturã. Supra naturam quidem, in quantum in illũ effectum, quem Deus facit, natura nullo modo potest: quod quidem cõtingit dupliciter, vel quia ipsa forma inducã a Deo oĩno a natura induci nõ potest, sicut forma gloriæ, quã inducet Deus corporibus electorũ, & sicut etiam incarnatio uerbi, vel quia est talem formam possit in aliquam materiã inducere, non tamen in istam: sicut ad causandum vitã natura potes est: sed qd in hoc mortuo natura vitam causet, hoc facere non potest. Cõtra naturã esse dicitur, quando in natura remanet contraria dispositio ad effectum, quẽ Deus facit: sicut quãdo cõseruauit pueros illæsos in camino, remanẽte virtute cõburendi in igne, & quãdo aqua Iordanis stetit, remanẽte grauitate in ea: & simile est qd virgo peperit. Præter naturam autem dicitur Deus facere, quando producit effectum, quem natura producere potest, illo tñ modo quo natura producere non potest, vel quia deficiunt instrumẽta quibus natura operatur (sicut cũ Christus conuertit aquam in vinum. Io. 2. quod tamen natura aliquo modo facere p̄t, dum aqua in nutrimentum vitis assumpta, suo tempore in succum vitæ per digestã producitur) vel quia est in diuino ope maior multitudo, q̄ natura facere consueuit, sicut pater de ranis, quæ sunt productæ in Aegypto: vel quãtum ad tẽpus, sicut cum statim ad inuocationẽ alicuius sancti aliquid curatur, quem natura non statim, sed successiue, & in alio tẽpore nõ iusto curare posset, & sic accidit i miraculo inducto de socru Petri. vñ patet qd oĩa hmoi, si accipiat & modus & factum, facultatẽ naturæ excedit.

AD QUARTUM dicendũ, qd resurrectio mortuorũ futura est præter spem nature, licet nõ sit præter spem gratiæ: de qua duplici spe habet Ro. 4. In spe ipem credidit.

AD QUINTUM dicendum, qd cœlum & terra, & etiam animæ rationales non sunt s̄m ordinem naturalem nata creari ab alia causa, quã a Deo: & ideo hmoi rerũ creationes non sunt miracula. Et si militer dicẽdum ad sextum de iustificatione impij.

Quæst. dif. S. Thomæ. H 2 AD

ali est na
eriores.
eriores
nt violẽ
monib.
re cluau
o minus
ribus.
s actua
in alio
ere autẽ
nõ p̄t
uerã se
ynde ni
ia ad ali
rior po
ria obe
odit.
rei crea
ex diu
peratio
ueniẽs
quem et
on tamẽ
de, & in
endum,
o.
re cõtra
uerã se
ad aliã
cursum
ce cõfi
nientiũ.
ales, vñ
a.
De 7. par.
107. a. 7.
ori. c. 11.
med. 10. 3

Ad septimum dicendum, qd ea quae a natura sunt etiam a Deo. Sed ea quae Deus miraculose facit, non sunt a natura: & ideo ratio non procedit. Et propterea natura operans est causa manifesta nobis, Deus autem est causa occulta: & propter hoc magis miramur opera Dei, quam opera naturae.

Ad octavum dicendum, qd monstrum licet fiat contra naturam particularem, non tamen sunt contra naturam universalem.

Ad nonum dicendum, qd incarnatio verbi est miraculum miraculorum, ut sancti dicunt, quia est maius omnibus miraculis, & ad istud miraculum omnia alia ordinantur: & propter hoc non solum est inducens ad alia credendum, sed etiam alia miracula inducit ad hoc, qd ipsum credatur. Nihil enim prohibet, unum miraculum inducere ad fidem alterius: sicut resuscitatio Lazari inducit ad futuram resurrectionem credendum.

ARTICVLVS III.

Utrum creaturae spirituales sua naturali virtute possint miracula facere.

Tertio quaeritur utrum creaturae spirituales sua naturali virtute possint miracula facere. Et videtur sic. Quod enim potest virtus inferior, multo magis potest virtus superior: sed virtus creaturae spiritualis est supra virtutem naturae corporalis: unde dicitur Iob 41. Non est potestas super terram, quae ei possit comparari. ergo creatura spiritualis potest facere illos effectus quos natura facit. Quando autem effectus naturalis sit non a causa naturali, sed occulta, est miraculum. ergo creatura spiritualis potest facere miracula.

¶ 2. Praet. Quanto aliquid est magis actum, tanto aliquid est magis actiuum, eo qd unumquodque agit in quantum actu est: sed forma quae sunt creaturae rationales, sunt magis actuales quam formae quae sunt in creatura corporali, eo qd sunt magis immateriales. ergo sunt magis actiuae. Sed forma quae sunt in natura corporali producunt sui similes in natura, ergo multo magis possunt hoc facere formae, quae sunt in mente creaturae spiritualis: & sic poterit creatura rationalis facere effectus naturales praeter causas naturales, quod est miraculosum.

¶ 3. Praet. Intellectus angeli est propinquior diuino intellectui, quam intellectus humanus: sed in intellectu humano sunt aliqua forma actiuae, quae sunt in intellectu practico, ut forma artis. ergo multo fortius in intellectu angeli sunt formae actiuae, nam ideas in intellectu diuino constat esse maxime actiuas. Sed dices, qd formae actiuae quae sunt in intellectu angeli, applicantur ad effectum mediante corporali agente, sicut etiam formae intellectus humani.

¶ 4. Sed contra. Omnis virtus quae non potest exire in actum nisi mediante instrumento corporali, frustra datur alicui, nisi detur ei organum corporale (frustra enim potentia motiua esset data animali, nisi darentur ei instrumenta motus) sed angelo non est naturaliter corpus vnitum. ergo virtus sua non requirit ad sui operis executionem corporeum actiuum.

¶ 5. Praet. Omnis virtus quae excedit proportionem sui organi, potest habere aliquam actionem praeter illud organum, quia enim oculus non adaequat virtutem totius animae, efficit anima multas operationes non per oculos: sed corpus non potest esse proportionatum ad totam virtutem angeli. ergo potest angelus effectus aliquos facere non mediante corporibus: & sic videtur, qd virtute naturae suae possit miracula facere.

¶ 6. Praet. Plus excedit virtus angeli omnem virtutem corpoream, quam corpus caeli excedat elementaria cor-

pora. sed ex virtute coelestis corporis sunt aliqui effectus in istis inferioribus absque actionibus qualitatum actiuarum, & passiuarum, quae sunt propriae virtutes elementorum. ergo multo fortius ex virtute angeli potest aliqui effectus in rebus naturalibus produci non mediante virtutibus corporum naturalium.

¶ 7. Praet. Secundum Augustinum in tertio de Trinitate corpora a Deo per spiritum vitae rationalem reguntur, & hoc idem dicit Gregorius in 4. Dial. & sic videtur, qd motus coeli, & totius naturae sit ab angelis, sicut motus humani corporis est ab anima: sed ab anima imprimuntur formae in corpus propter virtutes naturales corporis actiuas. ex sola enim imaginatione aliquid calefit, & in frigidatur, & incurrunt quibus febris vel est lepra, ut medici dicunt. ergo multo fortius ex sola coceptione angeli mouentur coelum, praeter actionem causarum naturalium: potest sequi aliqui effectus in istis inferioribus: & sic potest angelus facere miraculum. Sed dices qd hoc accidit ex eo qd anima est forma corporis, non autem angelus est forma corporalis creaturae.

¶ 8. Sed contra, quicquid prouenit ex causa per se operationem, prouenit ex ea in quantum est motor, non in quantum est forma (non enim per operationem anima est forma corporis, sed motor) praedicat autem impressiones, quae sunt in corpus ab anima, sequuntur impressionem alicuius imaginantis. ergo non sunt ab anima in quantum est forma, sed in quantum est motor.

¶ 9. Praet. Ex hoc Deus mirabilia facere potest, quia eius virtus est infinita. Sed in libro de Causis dicitur quod virtus intelligentiae est infinita, praecipue ad inferius: quod etiam probari potest ex hoc, quod mouet motum coeli, ut ostensum est: qui natus est esse sempiternus: sempiternum enim motum mouere non potest nisi virtus infinita, ut probatur in 8. Phisicorum. ergo videtur quod angeli possint miracula facere etiam naturali virtute.

¶ 10. Praet. In lib. de Causis dicitur, qd virtus omnium est infinita plus est infinita quam virtus multiplicata. Et ibidem Comm. dicit, qd quanto virtus intelligentiae magis aggregatur, & vnitur, magnificatur, & vehementior fit, & efficit operationes mirabiles: loquitur autem ibi Comm. de naturali virtute intelligentiae (nam virtutem gratiae non cognouit) ergo angelus sua virtute naturali mirabilia facere potest. Sed dicendum, qd angelus potest mirabilia facere non virtute propria: sed virtute naturalibus rebus a Deo indita. applicando huicmodi res ad effectum, quem intendit.

¶ 11. Sed contra. Applicatio huicmodi semini naturalium, in quibus existunt actiuae virtutes naturae ad effectum aliquem, esse non potest nisi per motum localem: sed eiusdem rationis esse videtur, qd corpora obediunt vel non obediunt substantiae spirituali ad motum localem, & alios motus: nam quilibet motus naturalis habet proprium, & determinatum motorem. ergo si possunt angeli suo imperio applicare huicmodi semina ad effectum naturae per motum localem, poterunt etiam per motum alterationis vel generationis formam aliquam in materia inducere ex solo imperio, quod est mirabilia facere.

¶ 12. Praet. Eiusdem virtutis, sicut genus est imprimere formam in materia, & impedire ne imprimatur. sicut enim virtute corporis forma ignis inducitur in materia, ita virtute alicuius corporis talis forma inducitur in pedis: sed virtute spiritualis creaturae impeditur, ne ab angelo naturali forma in materia imprimatur: dicit enim esse primum qd virtute alicuius scripti, aliquid in igne positus non fuit combustus: quod planum est non fuisse operationis diuinae.